

III.

NEOVIDENSIS

Nro 77. (*Neovidensis* 1805. Nro 74.)

*Secretum litterarum commercium vivos
inter, ac mortuos.*

Ad Stephanum Montgolfier in Campis Elysiis.

Ex mundo sublunari.

Elysium - Meum. - Die Veneris 27. Sept. 1805. (Neov. 13. Sept.)

Inventum, quo tu, nobilis anima! stupentem orbem donasti, animum adeo percellit, tanta voluptate replet, ut quavis qua recolitur, occasione nomen tuum certa quadam grata memoria celebret. Hesterno die, faventibus astris, D. *Garnerin* circa 4. pomeridianam Francofurti in globo aerostatico sublimatus est. Quam illustre spectaculum! quam augusta ascensio! memoriam subiit illud Mantuani vatis:

Aera per vacuum ferri, atque assurgere in auras,

menteque volvi: an non fortassis Romanus
vales, inventum tuum prædivinarit; quicquid
enim ad hunc versum relationem quam-
dam habet, tam splendidi spectaculi occa-

sione animo nostro oboritur. Dies erat anni amœnissima; Phœbus eam huic miraculo asservasse videtur; Ingens spectantium turba forum, quo *Garnerin* evectus, obsederat. Fragor tormentorum aerei itineris prænuncium fuit, sufferebatur lente, ut spectantium admirationem, stuporemque diuturniorem redderet. Diu obtutui usque obversabatur, dum ad notabilem altitudinem evectus, primum Occiduum, dein meridiem versus ferebatur. Circa 6. conspectui subductus, circiter 8. felix aerostaticus remex jam reversus est, postquam ad duarum pone horarum distantiam, a loco stationis suæ subsedisset.

Hic admiratione dignus actus nobis adeo propinqua belli pericula ad tempus obliteravit; Ita miseris coopertus, ærumnarum obliviscitur, dum oculos in Cœlos attollit, levaturus animum doloribus. At curae, angoresque redeunt, revocato a meditatione animo. Versanti tibi, quæ referentur, illucebit: utrum anxietatis nobis ratio supersit; an sperandum quid, an metuendum habeamus. Imprimis animum tuum singularis adparatio attentum reddat, oportet. Sphæra ignea, quæ 1. Februi, anno labente Haiæ, postmodum aliis in locis visa est, magnam viam emensa est; nisi sententiam amplectamur: duo id genus meteora eodem tempore dissitis in locis adparuisse; In Tataria quoque *Crimæa* apparuisse *Cel. Eques Pallas* auctor est.

Excerpta litterarum D. Status Consilarii
& Equitis Pallas, ad Equitem Fusz, Petro-
poli. Ex valle *Sudakisches* in Crimæa 30 Ju-
nii 1805.

Intellexi ex Ephemeridibus quæstionem
D. Professoris Hallensis *Gilbert*, ratione 1.
Febr. (20. Jan. s. v.) visæ spheræ igneæ:
cuperem eundem edocere: a referentibus plu-
ribus Tataris, Mursisque, qui pro more ad-
modum tempestive lecto egrediuntur, ipsum
hunc igneum globum in Crimæa visum fuis-
se, occasioneque disruptionis, strepitum, qua-
lis ex solidissima machina bellica editur, au-
ditum fuisse; Equidem pridie illius noctis in
urbe *Kasassubasar* degelam, memoratique diei
vespere in *Buranduk* apud Præfectum *Schirin*
Kadirschach noctem egi: apud quem plures
Mursi congregati erant, qui suis ipsi oculis
usurpasse testabantur, atque ex me phenome-
ni hujus Causam intelligere avebant.

Quid si ignea hæc meteora fortassis igneæ
etiam spheræ aerostaticæ sunt, quæ e
quodam planeta, aut stella fixa emanarunt,
evolarunt? fortassis lunicolas inter *Montgol-*
fierus aliquis comparuit?

Verum da veniam: ut aliis novitatibus
justam nœniam nostram decantare valeamus:

Parisii 8. Sept. Monitor hodie complectitur

Articulum Constantinopoli sub 23. Julii datum
 cujus summa ad hæc reducitur: Dudum oc-
 culte oppressa Portæ libertas jam palam
 contreditur. Russicus ad eam Agens fœdus
 of. & defensivum inter utrumque Imperium
 proposuerat. Primo suo in Congressu
 4. puncta memoravit, e quibus primum
 solum adducendi animus est, eoque reduci-
 tur: ut cuncti subditi Turcici græcis sacris
 addicti sub clientela Russorum constituantur,
 Portaque querelas super injuriis eorum ortas
 intercessionem legati Russici definiendas habeat:
 Imperator, propositione hac ad se perlata,
 chartam cum indignatione abjecisse, inque
 amaras solutus lacrimas dicitur. Aliquot
 post diebus membra secretioris Conclavis
 nondum Russorum partibus addicta, coegit,
 quæ unanimi sententia declararunt: malle se
 sub ruderibus eversæ Constantinopoleos tu-
 mulari, quam idmodi propositioni adstipula-
 ri, nihil tamen de præsentibus suscipiendum,
 tempus solum lucrandi, conatum adhibendum
 esse: Et profecto: quid præsentibus in rerum
 adjuvatis Magno Sultano etiam superest?
 Cujus intimis a consiliis minister (Reis-Effendi)
 nihil quidquam cum Muselmano commune
 habet, modo demseris pileum, quo ornatur,
 Turcicum: rectusque Agentis penes Lega-
 tum Russicum nomine, quam Imperatoris
 Selimi ministri insigniendus est. (Hic mini-
 ster plane is est: quem munere privatum he-
 sterno die Constantinopoli nunciatum est.)

Novissimæ ex Indiis allatæ litteræ, prosequitur eadem pagina, nunciant: duo navigia (Fregattas) *Bele Paule* & *Atalante*, exacto brevi speculatorio itinere 11. Aprilis Insulam Franciæ repetisse; unam ex Bombaya expeditam anglicanam navem (Brigg) *Fortunam* funditus diruisse, alteram multa Orisa onustam ex Chadigan venientem cui *Herona* nomen, 320 nauticorum ponderum (Tonnarum) adprehendisse. Uno prius mense prædæ ex Pigeon, & littore Coromandelio ad Ins-Franciæ delatæ; altera 5000 Tonn. panno, saleque onerata; altera e Sinis redux merces ultra sesqui alterum millionem Francorum in valore continebat.

2. h. m. 8000 pirobolariis constans Cohors armorum Præfecti Qudinot, quæ antesignanam legionem constituit, Cameracum transit; eam sequebantur veloci gressu 4 aliæ cohortes, singulæ circiter 9 armatorum millium.

B i o g r a p h i a.

Stephanus Montgolfier Præfectus Manufacturæ papyraceæ; in urbe *Anonay* provinciæ *Vivaricæ* in qua primam lucem aspexit. Orus ex domo, cui ingenium, scientiæque quasi gentiles erant, admodum juvenis practico se devovit Mechanicæ studio, & Chemiæ, hasque disciplinas primo ut amplæ molæ papy-

raceæ proprietarius, conficiendæ Chartæ im-
 pendit. Ad perficiendam hanc artem ope
 inventionis novarum machinarum, novarum-
 que agendi rationum non exiguam operam
 contulit; cum primis Gallia ei debet inventio-
 nem notæ sub nomine natalis ejus urbis
Chartæ velinæ; quam olim hollandici solum
 Chartarum confectores suppeditarunt; Ubi-
 vis celebrem, clarumque se reddidit per in-
 ventionem *machinæ, sphaeræque aerostaticæ* in
 qua frater suus Josephus quorumvis labo-
 rum particeps, omniumque arcanorum socius
 principem locum habuit. Ambo ad aerosta-
 ticæ machinæ notionem in Augusto 1782.
 post instituta multiplicia singularia prævie
 tentamina pervenerunt; primum specimen
 periculumque 5. Junii 1783. in urbe Anno-
 nay coram congregatis provinciæ Statibus
 factum est. Fratrum horum mens fuit: plu-
 res inventiones huic superstruendi; at cum
 regimen sumtus denegaret; a consilio desi-
 stere coacti sunt. Nihilominus hac inven-
 tione Clarissimorum Galliæ virorum gratiam
 amicitiamque consecuti sunt, e quibus me-
 morare sufficet: *Malesherbes, Rochefoucault, La-
 voisier &c.* tandem Stephanus in Collegium
 nationalis Instituti cooptatus est. Ipse fratre
 socio, scripta quædam de Aerostatis vulga-
 verat, utpote: *Discours sur l'Aerostat* 1783.
Memoires sur la Machine aerostatique 1784. in
 germanico a Murrio 1784 *Les voyageurs aeriens*
 1784. Obtit 17. Julii 1799. ætatis 52. Post

obitum in Annalibus Chemicis litteræ ejus de 24. Martii 1789. editæ sunt, e quibus elucet munimenti contra lapsum in machina etiam auctorem fuisse.

In eadem hac Officina Belnayana sequentes, præter complures alios, libri venales prostant.

Syntagma Historicum de Sigillis Regum et Reginarum Hungariæ pluribusque aliis autore GEORGIO PRAY Canonico quondam M. Varad. — Opus postumam cum XVI Tabulis æri incis. Accedunt 1) Vitæ, ac Scriptorum Auctoris recensio. 2) Series chronologica Cancellariorum Hungariæ, a condito Regno ad hanc ætatem perducta. 3) Vetera duo Calendaria in usum Eccl. Strigon. in 4-to à 3 fl.

Tavaszi Virágok. 1805-re. Szedte B. I. Posonyban 1805. 8-vo 18 kr.

Csétsényi Svastics Ignátz Magyarok' Historiája, három rézre metszett képekkel III T. maj. 8. 1805. 5 fl.

Gazdasági oktatás arról, hogy miképpen kell és lehet a' Német és Spanyol Lóherét Magyar országban legjobb moddal és legnagyobb haszennal termesztetni, és mind a' kettőnek a magvát bőséggel szaporítani. Posonyban 1805. 8 vo 10 xr.

Joannia (P. Fr.) Stimulus Compunctionis & soliloquia, Edition novissima, cæteris emendatior. Accedit brevis vitæ Auctoris epilogus, cura, & studio Fr. Ildephonsi a S. Aloysio ejusdem Ord. in Etruria. Denique R. P. Bouhours Cogitationes Christianæ pro singulis mensis diebus interprete G. A. Belnay, 8. 1805. 45 xr.

Hertzeg Piripionak tündér története, Wieland után írta Magyar Földijének mulattatására Fellegváry Agoston. 8. 1804. 36 xr.

Theophron, vagy a' tapasztalt Tanátsadó a' tapasztalatlan Ifjúság' hasznára. 1804. in 8. 1 fl. 45 xr. Posta papirosra 3 fl. Fényes papirosra 6 fl. 40 kr.

Okos Gyermek nevelés példája, a' köz-nép hasznára. Mellyben rövideden előadatik, miképpen kell a' Gyermekeket születések napjától fogva, mind testi, mind erköltsi tulajdonságaikra nézve hasznosann és okosann nevelni. Falusi Mihály által. 8. 1805. 48 kr.

Egymással-való barátságos beszélgetés, mellyet eszve-szedett, és a' főbb engedelemből közre bocsátott Sz. Benedek' rendén lévő Ph. Hollósi Egyed. Második meg jobbittatott ki-adás. 8. 1805. 48 kr.

Elisa, avagy milyennek kell lenni az Afzzyonynak. 8. 1 fl. 30 kr. in Charta scriptoria 2 fl.

Atala, vagy két Indus' szerelme a' Luizianai Pusztaikon. Kötve 45 kr. Posta papirosra 2 fl Fényes papirosra 4 fl.

N E

Nro

Secr

Elystium

Ergo
nunciu
diti su
redimi
aureo
ti proc
ficiscer
hostile
ratio u
scit, q
si dec
in con
festo)
choan
aliud
Declar
ad uniu